¶ Ad argumēta pncipalia ¶ Ad pmū dꝛ negando añs. Ad ꝓbatõem aūt dꝛ ꝙ forma ſubalꝭ non eſt in ſubiecto vt h̄ capiꝛ ſubiectū. capiꝛ eīm hic ſubiectū nõ ꝑ quolibet potētiali reſpcū alteriꝰ. ſȝ ꝑ ēte ꝯpleto in vltio actu nature ¶ Ad ſcḋam dꝛ ꝙ phs capit actiuū ꝑ paſſiuo Nā h̄ aliq̄d ꝟcatur ꝑ nomē pme ſube. poſſȝ tñ hoc exponi logicalr̄ ꝺḋo ꝙ termini pmarū ſubāꝝ ꝟcant hoc aliq̄d. Ad ꝯfirmatõeȝ āt pȝ ſolutõ ex dcis. ꝛ ſilr̄ ad terciā ¶ Ad q̄rtā dꝛ ꝙ oēs ſube ſūt ſuſceptibiles ꝯrioꝝ. ꝛ aliq̄ ſūt imutabiles ꝛ incorruptibiles ſubſtātialr̄. oēs tñ ſūt corruptibiles accñtalr̄ Et ad ꝯfirmatõem ꝺõm ꝙ lȝ ſcḋe ſube ex ſuis rõibus. nec habeāt vritatē nūeralem. nec ſuſcipiāt ꝯria. hoc tñ habēt a ſuis ſingularibꝫ. Ad alia pȝ ſolutõ ex dictis

Quātitatis ali.

In hoc tercio capitulo determīat Areſtoteles de ſcḋo ꝑdicamēto. ſ. de q̄titate. ꝛ diuidiꝛ in duas ptes pncipales. in pma determīat de q̄titate diuiſiue Et diuidiꝛ illa ps in q̄ttuoꝛ ptes minꝰ pncipales. in pma ponit duas diuiſiones q̄titatis ꝛ duas ſubdiuiſiones Pria diuiſio q̄ tangiꝛ in pncipio ē. Quātitatꝭ aliud cõtinuū aliud diſcretū. Scḋa diuiſio q̄ tangiꝛ ibi. et aliud q̄dē eſt Quātitatis aliud ꝯſtat ex ptibꝫ poſitõnē ad ſeinuicē hñtibꝫ. aliud aūt ex nõ hñtibꝫ poſitõem (Eſt aūt) ponit pmā ſubdiuiſiõem. videlȝ diuiſiõem q̄titatis diſcrete. q̄ eſt ꝙ q̄titas diſcreta eſt vt numerꝰ vl̄ oꝛõ (Cõtinuū vero) Ponit ſcḋam diuiſiõem q̄titatis ꝯtinue dicēs. ꝙ q̄titas cõtinua ē vt linea ſupficies corpus. ꝛ pteꝛ hec locꝰ ꝛ tēpus (Partiū etenī) In iſta ſcḋa pte declararat iſtas duas diuiſiões. ꝛ pmo ꝓbat ꝙ nūerꝰ ſit q̄titas diſcreta ex eo ꝙ ptes numeri nõ copulāꝛ ad aliquē ꝟminū cõem. ſicut q̄nq̄ ꝛ q̄nq̄ ad decē ſilr̄ tria ꝛ ſeptē. Sūt eīn ſp̄ diſcreta ꝛ ſepata ab inuiceȝ Probat āt de oꝛõe. ex eo ꝙ ꝑ oꝛõem mēſuraꝛ ſillaba breuis ꝛ longa Et ne aliq̄s credat ꝙ Areſt. h̄ intelligat ꝺ oꝛõe mētali vel ſcripta ſubdit (Dico āt cū voce oꝛõem ꝓlatā) Vñ legon in greco idē eſt ꝙ oꝛõ in latino. ꝛ conuenit cū oꝛõe q̄ eſt in mēte ꝛ que eſt in voce. lȝ apud latinos oꝛõ ſolū in voce repiaꝛ. vt inq̄t Boetius. iõ ꝯueniēꝛ dicit. dico āt cū voce oꝛõem ꝓlatā. excludēdo mētis cogitatõem Qꝫ āt ſit q̄titas diſcreta ꝓbat. qꝛ ptes eius q̄ ſūt ſillabe nõ copulāꝛ ad vnū terminū cõem. ſed vnaq̄q̄ eſt diuiſa ab alia. ſed ꝙ linea ſupficies ꝛ corpꝰ ſint q̄ntitates ꝯtinue. pȝ. qꝛ ptes eaꝝ copulātur ad aliquē terminū cõem vt ptes linee ad pūctū ꝛ ptes ſupficiei ad lineā. ꝛ ptes corpis ad ſupficiem Qꝫ āt tps ſit q̄titas ꝯtinua. ꝓbat. qꝛ ptes eius. vt pteritū ꝛ futuꝝ ad pſens copulāꝛ. De loco ꝟo ꝓbat. qꝛ ptes loci cõtinent

ſingulas ptes corpís.ꝙ ptes locí copulāť ad cũ dẽ tmĩ/nũ cõem ad quẽ copulāť ptes corpís(Ampli⁹ āt) In tercia pte reſumit ſcđam diuiſionẽ ꝙtitatis. dicens ꝙ ꝙntitatis alia ꝯſtat ex ptibus poſitõem ad ſeinuicẽ hñtibus.ꝛ alia ex nõ hñtib⁹ poſitõꝫ. Declarat aũt hāc diuiſiõem dicẽs.ꝙ linea ſupficies corp⁹ ꝛ locus ꝯſtāt ex ptibus hñtib⁹ poſitõem.nũerus ꝟo tps ꝛ orõ ex ptibus nõ hñtib⁹ poſitõem Primā ptẽ añtis ꝓbat.q2 oẽ illđ cõſtat ex ptib⁹ hñtib⁹ poſitõem.cui⁹ ſingule ptes ſite ſunt alicubi.ꝛ cui⁹ ptes ſtꝫ pmanẽtes ꝛ ꝯtinue.ſꝫ linea ſupficies corp⁹ꝛ locus ſtꝫ hmõi.ꝛ nõ numer⁹ nec orõ nec tẽpus.ꝗ́ Minorẽ declarat p̃mo de linea.q2 ſingule ptes linee ſite ſtꝫ alicubi.ita ꝙ poſſum⁹ aſſignare đ q̃lib3 pte vbi ſita ſit. Etiã ptes linee hñt poſitõꝫ.ꝛ oſtẽdiť vbi vnaqueqꝫ ps iacet.ꝛ ſil'e eſt de ſoliditate.i.corpe.ꝛ etiã de loco. De numero tpe ꝛ orõe ꝓbat.q2 ꝙuis ptes tpis ꝛ numeri habeãt ad inuicẽ ordinatõeꝫ quãdã.eo ꝙ aliq̃d tpis eſt p̃us ꝛ aliquid poſterius? Et ſil'r p̃us vnum numerať ꝙ̃ duo.ꝛ duo ꝙ̃ tres.tñ iſte ptes nõ hñt poſi/tõem.eo ꝙ nõ copulāť ad inuicẽ.ptes ꝟo tpis nõ ſũt pmanẽtes. Et ſil'r ptes orõis nõ ſtꝫ ꝯtinue.nec pmanen/tes.q2 qđ dictũ eſt nõ pt ampli⁹ ſumi.ħ eſt dictũ qđ ſemel dictũ eſt ãplius reſumi nõ pt(Proprie ãt quãtitates)In iſta q̃rta pte deťminat de q̃ntitate ꝑ̃ ſe accidẽs et ponit talẽ ꝯcluſionẽ.he ſolũ q̃ntitates q̃ dicte ſtꝫ di/cũť ꝓprie ꝙtites.i.q̃ntitates p ſe.ꝛ oĩa alia a p̃dictꝫ di/cũť q̃ntitates p accñs. Q3 aũt dicãť ꝙtitates ꝓbãt.q2 illa que dicũť quãta ſolũ p ꝯpatõem vel habitudinem ad q̃ntitates p̃dictas ſũt ꝙtitates p accñs. ſꝫ oĩa q̃nta alia a predictꝫ dicũť ſolũ q̃nta p ꝯpatõem ꝛ habitudi/nẽ ad quãtitates p̃dictas.ꝗ. Minorẽ declarat inductiue.q2 albũ qđ eſt quãtũ p accñs diciť multũ.eo ꝙ ſup/ficies multa ſit.ꝛ actõ diciť longa.eo ꝙ tps in quo fit ẽ longũ. Et ſil'r motus đ2 lõgus.q2 tẽpus mẽſurãs ipſũ eſt multũ.eo ꝙ nullũ iſtoꝝ đ2 p p ſe quãtũ.q2 ſi q̃s aſſignet quãta ſit actõ tpe diffiniet.ꝛ aſſignabit eã quãtaꝫ vel hmõi. Et ſi quis aſſignet q̃ntũ ſit albũ diffiniet ſu/pficie.quãta eĩ fuerit ſupficies tãtũ albũ eẽ dico.quare ſolũ ꝓprie ꝛ ꝑm ſe ipẽ q̃ntitates dicũť q̃ p̃us dicte ſũt Alie ꝟo nõ ſtꝫ q̃ntitates niſi p accñs(Ampli⁹ q̃ntita/ti)In ſcđa pte iſti⁹ capituli determĩat ph̃s de ꝙtitate ꝙtum ad eius ꝓprietates. Et diuidiť in tres ptes ꝑm tres ꝓprietates ei⁹.p̃maꝫ ponit dicẽs. Quãtitati nihil eſt ꝯ̃rium.ꝛ hoc ẽ manifeſtũ in q̃ntitatib⁹ diffinitis.i. deťminatis de quib⁹ iã dictũ eſt. Nã bicubito vel ſup/ficiei vl'alicui taliũ nihil eſt ꝯ̃rium(Niſi multa) Ponit duas inſtantias ꝯ̃ hãc ꝓprietatẽ.p̃ma eſt.multuꝫ ꝛ paucũ ſtꝫ ꝯ̃ria.ꝛ etiã magnũ ꝛ pũ.ꝛ tñ ſtꝫ q̃ntitates.ꝗ ꝛc(Nihil eſt aũt) Soluit hãc inſtãtiã dupl'r.ſ.tã inte/rimẽdo maiorẽ ꝙ̃ minorẽ. Primo ꝗ ſoluit interimen/do minorẽ dicẽs.ꝙ nullũ eoꝝ eſt q̃ntitas.ſꝫ qđlib3 eoꝝ eſt ad aliq̃d. Probat.q2 illa que ſtꝫ ad aliq̃d nõ ſtꝫ q̃ntitates.ſꝫ multũ ꝛ paucũ.magnũ ꝛ pũ ſtꝫ ad aliq̃d. ꝗ ꝛc. Minorẽ declarat.q2 illa q̃ ſolũ diciť in ꝯpatõne ad aliud ſtꝫ ad aliq̃d. ſꝫ magnũ ꝛ pũ.multũ ꝛ paucũ ſtꝫ hmõi.igiť. Minorẽ ꝓbat p̃mo de magno ꝛ puo.q2 aliq̃s mons đ2 puus.ꝛ miliũ đ2 magnũ.eo ꝙ miliũ ſit ma/ius in ſuo genere ꝛ mons ſit min⁹ ſui generis.ſꝫ ſi magnũ ꝛ pũ dicerenť p ſe ꝛ nõ in ꝯpatõne ad aliud.nunꝙ̃ mons diceret pu⁹ ꝛ miliũ magnũ(Rurſus in vico)declarat ħ ideꝫ de multo ꝛ pauco.q2 nos dicim⁹ plures hoĩes eẽ in vico ꝛ paucos in ciuitate.cuꝫ tñ in ciuitate ſint multo plures Et ſil'r dicimus eẽ multos in domo et paucos in theatro.ſꝫ ħ nunꝙ̃ diceremꝰ ſi ml'tũ ꝛ pau/cũ dicerenť ꝑm ſe.ꝛ nõ in cõpatõe ad aliud.ꝗ ꝛc. Et ſic p3 ꝙ ꝙuis bicubitũ tricubitũ ꝛ vnũqđqꝫ taliũ ꝑcet q̃ntitatẽ.tñ magnũ ꝛ pũ nõ ꝑcãt ꝙtitatẽ.ſꝫ magꝫ ad ali/quid.eo ꝙ dicũť ſolũ in ꝯpatõe ad alia(Ampli⁹ ſiue aliq̃s) Ph̃s ſoluit p̃dictã obiectõem p interemptõeꝫ maiorꝫ.dicẽs ꝙ ſiue aliq̃s ꝯcedat eas eẽ ꝙtites ſiue nõ.tñ nihil eſt eis ꝯ̃rium.ꝛ ħ ꝓbat duplici rõe. Prima rõ eſt oſtẽſiua qua ſic arguit.in ill' q̃ ſtꝫ ad aliq̃d nõ eſt ꝯ̃/rietas.ſꝫ magnũ ꝛ pũ multũ ꝛ paucũ ſtꝫ hmõi.ꝗ. Secũda rõ eſt rõ ducens ad impoſſibile. Nã ſi magnuꝫ ꝛ pũ multũ ꝛ paucũ eẽnt ꝯ̃ria.ſequereť p̃mo ꝙ ꝯ̃ria ſil' eẽnt in eo dẽ. Sequereť ſcđo.ꝙ idẽ eẽt ſibiꝑ̃i ꝯ̃riũ Prima ꝯña p3.q2 aliq̃d đ2 magnũ reſpectu vni⁹.ꝛ pũ reſpectu alterius.ergo ſi magnũ ꝛ pũ ſũt ꝯ̃ria in eodẽ ſil' et eodeꝫ tpe ꝯtraria erũt. Q3 ãt hoc ſit ĩpoſſibile ꝓbat q2 ſi duo ꝯtraria poſſent ſil' eidẽ ineẽ maxĩe videtur ꝙ poſſent ineſſe p̃me ſubſtãtie.q2 ipſa eſt maxime ſuſcep/tiua ꝯtrarioꝝ.ſꝫ hoc nõ.q2 ꝙuis oĩs hõ ſit ſuſceptiu⁹ ꝯ̃rioꝝ.nullus tñ pt ſil' ꝛ ſemel eẽ alb⁹ ꝛ niger. aut ſanus ꝛ eger. Q3 aũt ſcđm incõueniẽs ſequiť p3.q2 ſi p̃dicta ſũt ꝯtraria.tũc idẽ ſtꝫ magnũ ꝛ pũ.ꝛ idẽ erit ſi/biꝑ̃i ꝯtrariũ(Maxime aũ videť) Ponit ſcđam iſtã/tiã.q̃ eſt.locus eſt ꝙtitas.ſicut dictũ eſt.ꝛ tñ loc⁹ ſurſũ et locus deorſũ ꝯtrarianť.ſicut p3 p diffinitõem ꝯtra/rioꝝ. Cõtraria eĩ ſtꝫ que ſub eodẽ genere poſita ſũt ꝛ maxĩe a ſeiuicẽ diſtãt.hãc ãt inſtãtiã nõ ſoluit Videť tñ eã ſoluere Boetius ꝛ Simplici⁹ dicẽdo ꝙ ſurſuꝫ ꝛ deorſũ nõ ſtꝫ abſoluta ſꝫ reſpectiua.neqꝫ ſtꝫ loc⁹.ſꝫ aliq̃d loci.ſicut ꝛ ipm q̃n non eſt tps ſed reſpect⁹ a tpe in re tpali derelict⁹(Sed nõ videť) Ponit ſcđam ꝓprietatẽ.q̃ talis eſt ꝙ q̃ntitas nõ ſuſcipit magis nec min⁹. ꝓbat inductiue.q2 bicubitũ nõ diciť magꝫ ꝛ min⁹ bicu/bitũ.nec etꝫ tricubitũ.nec numer⁹ đ2 ꝑm magꝫ ꝛ min⁹ nec triãgulus nec q̃drãgulus.vt aliq̃ nõ dicũť eẽ magꝫ tria ꝙ̃ alia.ꝛ magis q̃nqꝫ ꝙ̃ alia.nec vnũ tps magis ꝛ minus tps ꝙ̃ aliđ.ꝛ ſil'r de orõe ꝛ aliꝭ q̃ntitatib⁹(Propriũ ãt maxime)Ponit ťciam ꝓprietatẽ q̃ntitatis. q̃ eſt ꝙ maxime ꝓpriuꝫ.id eſt proprie ꝓprium ſit quantitati ꝑm eam equale vel inequale dici. Q3 autem hec ꝓprie/tas conueniat cuilibet quãtitati ꝓbat inductiue. quia corpus dicitur equale vl' inequale.et numerus dicitur equalis vel inequalis.et ſic de aliꝭ quãtitatib⁹. Q3 ãt conueniat ſoli quantitati ꝓbat.quia aliqua alia q̃ non ſtꝫ quantitates non dicanť equalia vel inequalia.q2 affectõ ꝛ diſpõ non diciť equalis ꝛ inequalis.ſed magis ſimilis. Similiter album non diciť equale ꝛ inequale ſed ſimile.ꝛ ideo proprium eſt quãtitati equale vl' in/equale dici. Circa hunc textum Attende primo.ꝙ ſicut refert Simplicius ꝙ architas poſt predicamen/tum ſubſtantie ordinauit predicamentum qualitatis eo ꝙ p ſenſibiles qualitates deuenimus in noticiã ſubſtantiarum corporalium ꝛ incorporalium.ꝛ etiaꝫ in q̃/libet ſubſtantia qualitas reperitur.quantitas vero in ſubſtantiis ſpiritualibus reperiri non poteſt. Areſto/teles quideꝫ poſt predicamentum ſubſtantie immediate ordinauit predicamentum quãtitatis. Cui⁹ cau/ſas aſſignat Boetius in cõmento ſic dicens.poſt ſubſtantie tractatum.cur de quantitate potius ꝙ̃ de q̃li/

tate ꝓpoſuerit hanc cauſam eſt ꝙ oĩa quecunqȝ ſtꝫ ſimul in numerum cadūt. oĩs em̄ res aut vna aut plures vnum vero ꝛ plures quantitates ſimul colliguntur ſed non omnis res aliquam ſuſcipit qualitatem. ipſa em̄ materia ſub quātitatis quidē principio cadit qđ eſt vnum. ſub qualitate vero minime. Alia cā: oĩe em̄ corpus vt ſic tribus dimēſionibus conſtat. longitudine. latitudine. ꝛ altitudine. i. ꝓfunditate. vt vero ſit cū qualitate erit albū aut nigrum. ſed prius eſt eē corp⁹. poſt vero album aut nigrū. Alia cā. quia q̄ntitas plura habȝ ſubſtātie ſiſa ꝙ̄ qualitates. nā quātitati ꝯuenit nihil eē ꝯtrarium. nec ſuſcipe magis ꝛ minus qđ q̄litati nō conuenit. ¶ Attende ſecūdo ꝙ areſto. dicit in neutro genere ꝙ quātitatis aliud ꝯtinuum aliud diſcretū ad denotandū eētialem dr̄iam mēbroꝝ iſti⁹ diuiſionis. qual' nō reperitur inter ſpēs ipſius q̄litatis. Nā aliud in neutro genere denotat eētialē dr̄iam. Vnđ ſubintelligendū eſt in ꝑdicta diuiſione genus ſubalternū vt ita dicaꝛ. aliud genus ſubalternū q̄ntitatis ē continuū ꝛ aliud diſcretum. Vl' ſic. aliud mēbrū diuiſionis eſt cōtinuū ꝛ aliud diſcretū. Utrū aūt illa mēbra ſint dr̄ie eētiales vel ſolū circūloquanꝛ eētiales dr̄itias non eſt curandam. vtrunqȝ em̄ probabiliter dici poteſt. eo ꝙ paucas habemus eſſentiales differentias que ſunt nominate proprijs nominib⁹. ſicut in libro diuiſionum Boetius videtur innuere. ¶ Attende tercio ꝙ in predicta diuiſione quantitatis. diuiſum ponitur in ſingulari numero ꝛ non in plurali ad denotandum ꝙ quantitas eſt vnum genus generaliſſimum vniuocū ad oĩa ſua inferiora ſub eo contenta. Si em̄ poſuiſſet in plurali numero dicēdo quantitatū. tūc aliquis poſſet credere quātitatē nō eſſe vnū genus. ſȝ duo genera. quoꝝ vnū correſpōderet diſcrete quātitati. ꝛ aliud ꝯtinue. Vn̄ lȝ cōiter grāmatici diuiſū ponant in pl'ali numero ꝓpter mēbrorum diuerſitatem. logici tamē attendentes diuiſi vnitatem ipm̄ ponūt in ſingulari numero. ¶ Attende quarto ꝙ Areſto. nō declarat membra ſcđe diuiſionis anteq̄ ſubdiuidet mēbra p̄me diuiſionis. eo ꝙ habere poſitōem in ptibus accidit quātitati continue quo ad aliq̄s ſuas ſpēs. ꝛ quo ad aliq̄s nō habere poſitōnem ſolum conuenit quantitati diſcrete. ꝛ non conuenit ei habere poſitōnem. ideo cōueniēter anteq̄ membra diuiſionis declarat quātitatem continuam ꝛ diſcretam ſubdiuidit. Et ſi forte petas quare hic non determinat de puncto ꝛ vno. Dico ꝙ hec non ſtꝫ q̄ntitates. ſȝ bn̄ termini vl' p̄ncipia ꝙ̄titatū

Queſtio quinta eſt

Utrum diuiſiones. ſpēs. ꝛ ꝓprietates ſecundi generis quod eſt quātitas ſint a pho conuenienter aſſignate

Arguiꝛ p̄mo ꝯ̄ ſuppoſitū. nā ꝙ̄titas nō eſt gen⁹ generaliſſimū. ǵ ꝛc. Añs pȝ. Tū p̄mo. qꝛ ꝑdicaꝛ denoĩatiē de ſuis ſpēb⁹. nullū āt gen⁹ denoĩatiue de ſuis ſpēb⁹ ꝑdicatur. Tū ſcđo. qꝛ hȝ aliq̄d añ ſe. ſ. ſubam. Tū 3°. qꝛ ſpecies debēt eē coeque ſub genere. numer⁹ āt ſm̄ Boetiū in p̄mo ariſme. prior eſt ipo ꝯtinuo. ǵ. Tū q̄rto. qꝛ q̄ntitas nō diſtinguiꝛ realr̄ a ſuba. ǵ nō eſt ſcđm gen⁹ generaliſſimū. añs ꝓbabiꝛ in q̄rta q̄ſtione. ¶ Scđo ſic. q̄ntitas nō ē vnū ḡnaliſſimū. ǵ nō eſt generaliſſimū. Añs pȝ. Tū p̄mo. qꝛ in q̄libet genere vno ē vnū p̄mū ꝛ minimū qđ eſt metꝝ ꝛ menſura oĩm alioꝝ de illo genere. ſed in genere quātitatis ſūt duo p̄ma ꝛ minima. ſcȝ punctus in continuis ꝛ vnitas in diſcretis. Tū ſecundo. qꝛ qđlibet genus debet hr̄e tm̄ vnū denoĩatiuū ꝛ vnū modū ꝑdicādi de p̄ma ſubſtātia. ſȝ ꝙ̄titas nō hȝ vnū denoĩatiuū ſed duo. ſ. quantū ꝛ quotū. ǵ. Tū tercio. qꝛ omne gen⁹ vnū dȝ habere vnā rōem p̄mam. q̄ equalr̄ ꝯpetit oĩbus ſub illo genere exn̄tib⁹. q̄ntitas aut talē rōȝ nō habet. quia ſi eēt aliqua talis. vl' eēt ratō mēſure vl' rō diuiſibilitatis. nullū aūt illorū eſt dicendum. Nō em̄ rō menſure quia ipa ꝑus competit quantitati diſcrete ꝙ̄ continue. ſicut pȝ ꝑ cōmētatorem decimo metha. Nec rō diuiſibilitatis. quia ipa prius conuenit quātitati continue ꝙ̄ diſcrete. eo ꝙ nūerus cāꝛ ex diuiſiōe cōtinui. tercio phiſicoꝝ. Tū q̄rto. qꝛ vni⁹ generꝫ dȝ eē vna diuiſio. quātitatꝫ āt ſūt pl'es diuiſiōes. ǵ ꝛc. Maior pȝ ꝑ Boetiū in libro diuiſionū dicēte ꝙ oĩs diuiſio generꝫ fit ꝑ dr̄ias oppoſitas. ¶ Tercio ſic. nūer⁹ ꝛ orō nō ſūt ſpēs q̄ntitatis diſcrete ab inuicē diſtincte. ǵ male enūeranꝛ. Añs pȝ. Tū p̄mo. qꝛ nulla ē orō niſi vocalis mētalis vl' ſcripta. nulla āt tal' eſt q̄ntitas. ǵ. De orōe in mēte ꝛ ſcripto de ſe notū eſt. De vocali ꝓo pȝ ex hoc ꝙ ipa eſt q̄litas ſenſibil'. Tū ſcđo. qꝛ breue ꝛ lōgū ſūt dr̄ie q̄ntitatis ꝯtinue. ſȝ ſm̄ illas mēſuraꝛ orō ſicut in textu pȝ ǵ orō eſt ꝙ̄titas ꝯtinua. Et dato ꝙ eēt ꝙ̄titas diſcreta nō videꝛ ꝙ in aliquo differat a nūero. Tū tercio. qꝛ numer⁹ nō eſt ꝙ̄titas ex eo ꝙ ꝯponiꝛ ex nō pūctis ex quib⁹ nō fit quātū. ǵ. Añs ꝓbaꝛ. qꝛ ſicē ex nō ſubſtātijs non fit ſuba. ita nec ex nō q̄ntis fit q̄ntitas. nūerus āt ꝯponiꝛ ex vnitatib⁹. q̄ nec ſūt quāte nec quātitates. Tū q̄rto. qꝛ nullū trāſcendēs eſt ſpēs q̄ntitatis diſcrete. nūer⁹ āt eſt trāſcēdēs. eo ꝙ repiꝛ in deo ꝛ intelligētijs. Quarto ſic. linea ſupficies corp⁹ tēpus ꝛ loc⁹ nō ſtꝫ ſpēs q̄ntitatis ꝯtinue ab inuicē diſtincte. ǵ male aſſignāꝛ ſpēs diſtincte. Añs pȝ. Tū p° de linea ꝛ ſupficie. qa oē accn̄s hȝ aliqđ ſubiectū ſibi adequatū. ſȝ nec linea nec ſupficies ſtꝫ hmōi. ǵ nō ſtꝫ accn̄tia. ꝛ ꝑ ꝯ̄ns nec ſpēs ꝙ̄titatꝫ. Minor pȝ. qꝛ nō eſt dabile aliqđ ſubiectū qđ nō habeat lōgitudinē. latitudinē ꝛ ꝓfūditatē. Tū ſcđo. qꝛ corp⁹ eſt ſpēs ſube. ǵ nō ꝙ̄titatis. Tū tercio. qꝛ loc⁹ ē ſupficies ſm̄ phm̄ q̄rto phiſicoꝝ. ǵ nō diſtinguiꝛ a ſupficie et ꝓpter hoc etiā phs q̄nto metha. nō enūerat locū inter ſpēs ꝙ̄titatis. Tū q̄rto. qꝛ ſm̄ phm̄ q̄nto metha. tps eſt ꝙ̄titas ꝑ accn̄s. ǵ nō eſt ſpēs ꝙ̄titatis. ꝓbaꝛ ꝯ̄ña. qa de nulla ſpē ꝑdicaꝛ gen⁹ ꝑ accn̄s

In oppoſitū arguitur autoritate phi in textu. Pro ſolutōne iſti⁹ queſtionis ſoluēde ſunt q̄ttuor queſtiones.

Prima q̄ſtio. vtꝝ q̄ntitas ſit gen⁹ ḡnaliſſimū ab alijs diſtictū. Pro c⁹ ſolutōe. ¶ Attēde p°. ꝙ ſicut dictū ē originale diſtictiuū vni⁹ ꝑdicamēti ab a°. nō eſt mod⁹ ꝑdicandi de p̄ma ſubſtātiā neqȝ mod⁹ denoĩandi p̄mā ſubaȝ. ſȝ eſt q̄dā mod⁹ ſiue rō intrīſeca q̄ in ꝑdicamēto ſube eſt ens ꝑ ſe. in ꝑdicamēto vero ꝙ̄titatꝫ ſm̄ aliq̄s eſt hr̄e ptes integrales eo ꝙ ille mod⁹ ꝯuenit cuilibet q̄ntitati ꝛ nulli alteri niſi ꝑ quātitatem. ſm̄ alios vero eſt rō menſure. Nam phs dt̄ orōem eē q̄ntitatē. eo ꝙ eſt mēſura. Et ſimiliter ſm̄ diuerſas rōnes menſurandi diſtinguit ſpēs ipſius quantitatis. Nam locus ꝛ ſuperficies ſunt ſpecies di

dicitur ꝙ locꝰ ē menſura extrīſeca ſupficies ꝓo īnſeca Alij aūt dicūt ꝑ pdicari in q̄tū ē ꝓpriū diſtictiuū q̄titatis ab alijs generaliſſimis. Vñ licet quantitas ſm rem habeat vnum modum predicandi. tamē ſm vſum loquēdi habet duos ſcʒ predicari in q̄tū ⁊ in quot. Sed ſm regulā q̄ vtit Areſto. in ſcdo topicoꝝ. qñ aliqb duobꝰ eſt vnū nomē cōe ⁊ vni illoꝝ eſt nomē impoſitū alij ꝓo nō. tūc ꝑ reſtrictōem vſualē illd nomē cōe reſtringit ad ſtandū preciſe ꝑ illo ſpeāli cui nō eſt nomē impoſitum Et ſic ergo q̄tuis q̄tū ſignificat adequatū denoīatiuū q̄titatis qꝛ tamē ipſum eſt cōe ad denoīatm̄ q̄titatis diſcrete cui eſt nomē impoſitū ſcʒ quotū ⁊ denoīatiuū q̄titatis cōtinue cui nō eſt nomē impoſitū ipſum ſtat pciſe ꝑ denoīatio q̄titatis cōtinue. Et licet iſte modꝰ dicēdi doceat diſtictōem predicamētoꝝ a poſteriori ⁊ ſcde intētionalr captoꝝ. preſuppoṅit tamē aliā diſtinctōem a priori. Vꝰ aūt illa diſtinctio nō ſit ꝑ rōes mēſurā di pmā ſubam. pbat qdruplr. Primo ſic. qꝛ rō mēſure nō cōuenit cōtinuis niſi inq̄tū pticipāt rōem diſcreti ⁊ ideo ipſa nō cōuenit equaliter cōtinuis ⁊ diſcretis igit Secūdo ſic. qꝛ ſi ſic tūc illd qd maxie habet rōem menſure maxime eēt q̄tias ⁊ ſpēs q̄titatis. ſed vnitas maxime hʒ rōem mēſure vt dicit qrto metaphice. g ipſa erit maxie q̄titas ⁊ ſpēs q̄titatis qd eſt falſum qꝛ ipſa nō eſt in genere q̄titatis niſi reductiue. Tercio ſic. qꝛ rō mēſure ꝯueit oīni gñaliſſimo eo ꝙ in omī gñe eſt vnū pmū qd eſt mēſura omniū illiꝰ gñis. Quarto ſic. qꝛ nullus reſpectꝰ eēntialr diſtiguit predicamēta abſoluta ſʒ rō mēſure ē reſpectiua g. Attende ſcdo. ꝙ q̄titatis q̄ttuor ſunt paſſioēs a pho aſſignate. Pria paſſio ē diſibilitas in ptes eiuſdē rōis. q̄tū eīn ē qd eſt diſibile ī ea q̄ inſunt qꝛ ſingulū natū ē eē hoc aliqd ⁊ vnū aliqd. id eſt natū eſt diuidi in ptes eiuſdē rōis ſicut habet qnto metaphice capitlo de q̄to. Scda eſt finitas vl infinitas de q̄ habet pmo phicoꝝ. cū dr ꝙ finitū ⁊ īfinitū ſoli quantitati conueniunt. iſta autem paſſio preſuppoṅit pmā. Tercia eſt equale vl inequale de qua ſuperiꝰ dictum eſt. Quarta vero eſt ratio menſure de qua habetur quinto metaphiſice. ⁊ hec etiam preſuppoṅit terciam. Nam omnis menſura preintelligitur eſſe equalis vel inequalis menſurato. Ex hoc em̄ ꝙ eſt equalis vel inequalis ipſa dicitur menſurare ⁊ non ecōuerſo

Attende tercio. ꝙ cum dicitur in vnoquoq predicamento eſſe vnum primum quod eſt metrum ⁊ menſura omnium aliorum illius predicamenti hoc non debet intelligi niſi de generaliſſimo totius coordinationis quod eſt primum predicatum ⁊ ſimpliciſſimum ⁊ eſt menſura omnium que ſunt in illo predicamento. quia de omnibus predicatur in quid tamq̄ genus ea continens. Non autem debet hoc intelligi de vno minimo vel perfectiſſimo ſicut eſt vnitas punctus. vel deus eo ꝙ tunc oporteret in predicamento quātitatis aſſignare duo. quorum vnum eſſet minimum ſicut ⁊ aliud. Dicunt tamen aliqui ꝙ q̄uis in predicamento q̄titatis ſint duo minima ſcilicet punctus ⁊ vnitas tamen ibi eſt tantum vnum primum principium ⁊ minimum quod eſt menſura omnium aliorum. Punctus enim non eſt menſura continui eo ꝙ tunc aliquotiens ſumptus redderet continuum. et per conſequens continuum eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus. Sed vnitas ſiue vnum eſt menſura omnium eo ꝙ vnum applicatum alicui parti continui eſt menſura continui vt dicitur quarto metaphiſice. Dicunt tamen alij ꝙ hoc debet intelligi ſic ꝙ in vnoquoq genere eſt vna pma ⁊ ſimpliciſſima ⁊ pfectiſſima ſpēs q̄ eſt menſura omniū alioꝝ de illo genere ⁊ tal eſt vna in gñe q̄titatis. q̄ forte nō eſt nobis noīata. Vñ inter ſpēs eiuſdē gñis eſt eēntialis ordo pfectōis ⁊ ideo necāriū eſt repiri vnā q̄ ē pfectiſſima inter alias ſpēs. Sed doctor ſubtilis dicit ꝙ h̄ debet intelligi de gñe phiſico ſicut in gñe coloris albedo. ⁊ in gñe ſaporis dulcedo ⁊ illa vocat mēſura nō ꝑ replicatōem ſʒ ſm pfectōem. vl vocat mēſura ꝯgnitōnis eo ꝙ ducit in noticiā oīm alioꝝ q̄ ſunt in illo gñe.

Attēde q̄rto. ꝙ in iſtis ꝓpōibus linea eſt q̄nta. nūerꝰ eſt q̄ttus nō pdicat genus denoīatiue de ſuis ſpēb denominatōe extrinſeca ſed bñ denoīatōe intrinſeca. non em̄ ē incōueniens ſicut in plib patuit genꝰ denoīatiue pdicari de ſuis ſpēb denoīatōe intriſeca. Vñ pdicte ꝓpoſitōes nō tm̄ valent ſicut linea eſt hñs q̄titatē3 eo ꝙ tūc eēnt falſe. ſed valēt tm̄ ſicut linea eſt hñs ptes q̄titatiuas. ſiue numerꝰ eſt diuiſibil. Dicūt tamē aliq ꝙ q̄ntū nō pdicat abſolute de linea ſicut nec coloratū de albedie pdicat. tn̄ de ea pdicat vt ē in matia vt ſſus illarū ꝓpoſitionū ſit linea eſt q̄ta id ē res lineata eſt q̄nta ſiue res numerate ſunt quote. Sed hoc minus bene dcm̄ eſt ex eo ꝙ linea abſtrahit a ſubiecto. pro quo de rigore ſermonis ſupponere non poteſt

Dic primo. ꝙ pmū diſtictiuū q̄titatis ab alijs pdicamētis nō eſt modꝰ pdicādi. pbat q̄druplr. Primo ſic. qꝛ tūc ſeqret ꝙ abſtractū ⁊ cōcretū facerēt duo pdicamēta vtputa q̄tū ⁊ q̄titas hñt em̄ aliū ⁊ aliū modū pdicādi ꝓpter quē cauſat falſitas in ꝓpoſitione. Secūdo ſic. qꝛ ille diuerſus modus pdicādi in diuerſis gñaliſſimis ē ꝑ ꝯpatōnem ad ſubam qꝛ cōpando ea ad ꝓprias ſpēs ē pdicatō in q̄d. ⁊ ſic ſolū illa q̄ pdicant de pma ſuba erīt pdicamēta diſticta ⁊ talia nō ſunt abſtracta ſed ſolū cōcreta ⁊ ſic q̄lē eēt pdicamētū ⁊ nō q̄litas. Tercio ſic. ſi diuerſi mōi pdicādi diſtinguerēt pdicamēta. aut h̄ ſufficeret. aut eīt hoc reqret diuerſitas coꝝ q̄ pdicant Si ſcōm dicat tūc mōi pndi nō diſtiguūt realiter pdicamēta. nā illd qd pdicat pus ē mō pdicādi ⁊ ꝑ ꝯñs erit aliqd pꝰ diſtiguēs Quarto ſic. qꝛ ſi ſolū modꝰ pdicādi diſtiguerʒ pdicamēta ⁊ nō illd qd pdicat ſeqret ꝙ ꝓpō negatia in q̄ vnū predicamētū negat de alio nō eēt imediata qd ē ꝯ Ar. pro poſterioꝝ. Pʒ ꝯña. qꝛ ꝟitas negatie ē ex diuerſitate extremoꝝ ſicut ꝟitas affirmatie ex ydēptitate. vbi g eſt maior diuerſitas ibi verior negatō ſed vbi ē diuerſitas in re maior ē q̄ vbi ſolū eſt in mō pdicādi. igit.

Dic ſcdo. ꝙ rō mēſure nō eſt ꝓpria rō q̄titatis. pʒ ex q̄ttuor rōnibus pus adductis. Dic tercio. ꝙ diuiſibilitas in ptes eiuſdē rōnis nō eſt eſſentialis ratio ipſius q̄titatis per quam diſtinguitur ab alijs pdicamentis Patet. quia ē paſſio q̄titatis ꝓpria ipſi q̄titati. ſicut pus patuit. Dic quarto. ꝙ quantitas eſt vnum genꝰ generaliſſimum habens vnum modum predicandi ⁊ vnā ꝓpriam rōnem diſtincta m ab alijs modis predicādi alioꝝ predicamētoꝝ. ſʒ pmo ꝙ ſit genꝰ qꝛ predicatur de plib ſpē drñtib ſcʒ de q̄titate diſcreta ⁊ ꝯtinua eo ꝙ q̄d. Si em̄ querat quid eſt quantitas diſcreta vel continua conuenienter rñdet ꝙ eſt q̄titas Sed ꝙ ſit generaliſſimum patet. qꝛ nō habet aliud ſupueniens genꝰ ſed ꝙ ſit vnū patʒ. quia habet vnaʒ rationeʒ ſm quā dicitur de omnibus ſuis ſpeciebus equaliter illa

autem ratio ponit ab Areſto. quinto metaphiſice. ſcȝ quãtũ eſt quod eſt diuiſibile in ea que inſunt. quorum ſingulum natũ eſt eſſe hoc aliquid id eſt natum eſt diuidi in partes euiſdem rationis. ꝙ aũt habeat vnũ modum pdicandi patet ex dictis. Nam prius modus pdicandi eius eſt pdicari in quantum

Secunda queſtio ẽ

Utrum ſpẽs q̃titatis ſint a pho cõuenienter aſſignate. pro cuius ſolutõe ¶ Attẽde pmo. ꝙ orõ a dño Alberto ſic deſcribit̃ eſt forma nũeri adherens ptibꝫ vocis in ↄtinua plactõe ſibiuice ſuccedẽtibꝫ. nõ capiẽdo eã pro voce ſcripta vel cõcepta. ſed pro mẽſura intriſeca ipius orõis plate. Unde ſicut numerus nõ eſt res nũerata ſed ẽ forma ſubiectie exiſtẽs in rebꝫ nũeratis. p quã habemus ↄgnitõem de rebus q̃ ſunt. ita orõ in oppoſito nõ ẽ ipa vox plata ſed mẽſura p quã ↄgnoſcit̃ vtrum ſillaba ſit breuis vel lõga. Dicũt tñ aliq̃ nolẽtes ponere ſupfluitatẽ ſine neccitate ꝙ orõ plata nõ videt̃ habere pro mẽſura niſi tps ⁊ nũerum ita ꝙ tẽpus mẽſurat eã q̃tũ ad duratõem ⁊ nũerus q̃tũ ad multitudinẽ ſillabarum. Ad phm aũt dicũt ꝙ ipe vt cõiter in hoc libro nõ loq̇t̃ ſm ppriã opionẽ ſed ſm opionẽ famoſam ſicut videt̃ dicere Auicẽna de loco in q̃rto phicorum. Seq̃ndo tñ opionẽ Boetij. dicȝ ẽ ꝙ orõ diſtiguit̃ a nũero ⁊ tpe. A nũero quidẽ eo ꝙ ipe mẽſurat abſolute multitudinẽ ſillabarum. Orõ aũt mẽſurat voces q̃tũ ad extenſionẽ ⁊ duratõem ſillabarum. A tpe vero differt eo ꝙ tẽpus mẽſurat motũ. orõ aũt voces ¶ Attẽde ſcdo. ꝙ locus ſm ꝙ ab Areſto. in q̃rto phicorum deſcribit̃ nõ ẽ ſpecies q̃titatis diſticta a ſupficie. ſed ẽ vltia ſuperficies corporis ↄtinẽtis immobil' pmũ. Si tñ capiat̃ pro ipa circũſcriptõe corpis locati a loci circũſcriptõe pcedente tũc ẽ in pdicamẽto vbi eo ꝙ ẽ reſpictus extrinſecus adueniẽs pcedẽs a locãte ⁊ terminatus ad locatũ. Licet autem Areſto. poſuerit locum inter ſpẽs q̃titatis hoc tñ non fecit ſm ppriã opinionẽ ſed more ſuo ſecutus eſt opiõnem famoſam ãtiquorum q̇ dixerũt locũ eſſe ſpaciũ ſepatũ qd terminaret̃ eiſdẽ t̃mis q̇bus terminat̃ corpus. Sed hãc opionẽ in q̃rto phiſicorum iꝓbat. Neq̃ ipm inter ſpẽs q̃titatis in q̇nto metaphiſice enũerat. nõ valet aũt rõ aliorum qui dicunt ꝙ q̇a locus eſt mẽſura extrinſeca ſupficies vero intrinſeca idõ ſpecifice diſtinguunt̃. q̇a dictum eſt prius ꝙ mẽſura nõ eſt diſtictiua pdicamẽti ſubſtantie ⁊ q̃titatis ¶ Attende tercio. ꝙ licet nulla q̃titas pmanẽs poſſet cõponi ex ptibꝫ q̄ nõ ſunt q̃titas tñ ſucceſſiua cuiuſmõi eſt tps bñ põt cõponi ex ptibꝫ q̃rum vna ẽ pterita ⁊ alia futura ¶ Unde ſm pſcianũ pñs tps eſt cuius ps preterijt ps q̃ futura eſt. Et ex h̄ ſequit̃ ꝙ in ſucceſſiuis nõ eſt incõueniens nõ ens ↄtinuari nõ enti. Seq̇tur ſcdo ꝙ nõ eſt incõueniẽs aliqd totũ ẽẽ cuius tñ nulla ps pmanet. Nã totus ãnus eſt ⁊ tñ nullus eſt dies ſaltẽ in pmanẽtia licet ſit in ſucceſſione. Eſt ãt tps mẽſura ipſius motus ſm prius ⁊ poſterius q̇a motus habet aliq̃ã duratõnẽ ⁊ ↄtinuitatẽ. idõ neccẽ ẽ ꝙ habeat aliq̃ mẽſurã q̄ menſuret̃ ⁊ certificet̃ cõtinuitas ⁊ duratio eius. Eſt eñ menſurare q̃titatẽ minus notã p aliã q̃titatẽ magis notã certificare ¶ Attẽde q̃rto. ꝙ poſitõ capit̃ tripl'r ſm Albertum. vno mõ accipit̃ vt refert̃ ad illd cuius ẽ poſitio ⁊ ſic ſeſſio ſtatio põnes q̇dã dicunt̃. Alio mõ accipit̃ poſitõ vt dicit ordinẽ ptium in loco ⁊ ſic ẽ vnuȝ pdicamẽtum ab alijs pdicamentis diſtinctũ Tercio mõ capit̃ poſitõ vt dicit ordinẽ partiũ in toto abſolute. ⁊ ſic ẽ dña q̃titatis de qua loquit̃ phus in pñti diuiſione. Unde ad talem poſitõem tres cõditões req̇runt̃. Prima cõditõ eſt ꝙ partes ſint permanẽtes. Secũda ꝙ tales partes ſint ſituate in loco totius ſm ordinem prioris ⁊ poſterioris. Tercia ꝙ ipe ſint cõtinue ſic ꝙ copulet̃ ad aliquẽ terminum cõem qui ſint pncipiuȝ vnius ⁊ finis alterius ⁊ ppter defectum illarum cõditionum numerus ⁊ oratõ nõ habent poſitionem in ſuis partibꝫ nec etiã tempus

Dic primo

q̇a ſi locus ſit ſpẽs q̃titatis nõ ẽ tñ diſticta a ſuperficie. patȝ q̇a vna ſpẽs non poteſt vere pdicari de alia ſpecie in abſtracto. ſupficies aũt vere pdicat̃ de loco dicẽdo ꝙ locus eſt ſupficies g̃ nõ ſunt ſpẽs diſtincte ¶ Sed cõtra hoc arguit̃ q̃druplicit̃. pmo ſic Areſto. pbat ꝙ ptícule loci copulant̃ ad eũdem terminũ ſcȝ ad centrum ad quẽ copulant̃ ptícule corpis. Sed manifeſtũ eſt ꝙ ptícule ſupficiei ad illum terminũ nõ copulant̃ g̃ locus eſt diſtinctus a ſupficie. Secũdo ſic. oĩe p ſe diuiſibile ẽ q̃titas. locus aũt eſt p ſe diuiſibilis g̃. Tercio ſic. de quocũq̃ pdicat̃ ppria paſſio de illo pdicat̃ ſuũ ſubiectũ. de loco aũt pdicat̃ eq̄le vel inequale. g̃ etiã de loco pdicat̃ q̃titas Minor patȝ q̇a locus eſt eq̄lis locato. Quarto ſic. q̇a loco ↄuenit rõ menſure g̃ locus ẽ q̃titas. Ad pmũ dicit̃ ꝙ Areſto. nõ loq̇tur ſm ppriã opionẽ ſicut dcm eſt. Ad ſcdm ꝙ diuiſibilitas ⁊ ſilr eq̄litas nõ cõueniũt loco niſi p accñs vtputa gratia ſui fundamẽti qd eſt ſupficies. ⁊ p hoc pȝ ſolo ad terciũ. Ad q̃rtũ dicm eſt ꝙ ratio mẽſure no variat ſpẽs q̃titatis eo ꝙ ipa eſt extrinſeca q̃titati ſicut dictuȝ eſt ¶ Dic ſcdo. ꝙ orõ ẽ ſpẽs q̃titatis diſtincta a numero patet ex dictis ¶ Dic tercio. ꝙ ipa eſt q̃titas p ſe ⁊ q̄lbet alia ſpẽ q̃titatis diſticta. patet autoritate Areſtotiles ¶ Sed cõtra h̄ arguit̃ q̇drupl'r. pmo ſic. tẽpus eſt numerus g̃ nõ eſt ſpẽs a nũero diſtincta. Scdo ſic. tps ẽ q̃titas p accñs ſm phm q̇nto metaphiſice. ſed de nulla ſpẽ pdicat̃ genus p accñs igit̃. Tercio ſic. tps eſt q̃ntum per motum. ergo motus eſt magis quantus. patȝ conſequentia. quia ppter quod vnumquodq̃ tale ⁊ illud magis ergo motus eſt magis q̃ũtitas q̃ tempus Quarto ſic. quinto metaphiſice enumerat̃ motus inter ſpecies quantitatis. ergo ſpecies erunt inſufficiẽter hic enumerate. vel tempus nõ erit ſpecies quantitatis Ad primũ dicit̃ ꝙ in diffinitione tpis nõ capit̃ numerus pprie ſed generaliter vt idem eſt ꝙ menſura quia tamẽ tempus menſurat per modum diſcreti ideo non inconuenienter dicit̃ ꝙ eſt numerus motus igit̃ ⁊c. Ad ſecũdum dicit̃ ꝙ aliquid eſſe quantum per accidens dupliciter intelligitur. vno modo formaliter. alio modo effectiue. Unde tempus non eſt quãtitas per accidẽs formaliter eo ꝙ per nihil aliud recipit predicationem quantitatis immo quantitas de eo predicatur per ſe pmo. Sed tempus dicit̃ quantum per aliud effectiue q̇a habet ſuam quantitatem effectiue a motu. Ad terciuȝ dicendum ꝙ propoſitio areſtotilis eſt vera vbi predicatur aliquod vniuocum de cauſa ⁊ effectu quod natum eſt recipere magis ⁊ minus ⁊ quando cauſa eſt p ſe ⁊ eſſentialis. Unde tempus eſt quantitas. ⁊ motus non eſt quantitas. ſimiliter tempus ⁊ motus non recipiunt magis ⁊ minus. Ad quartum poſſet dici concedendo ꝙ Areſtotiles hic inſufficienter aſſignauit ſpecies quantitatis. ſicut etiaȝ patuit de loco Uel dicatur

ꝙ motibꝰ vt eſt quantitas non eſt aliquid diſtinctū a tēpore. ſed de hoc alibi dicet̄. ¶ Dic quarto. ꝙ linea ſug̃ficies corpꝰ, et locꝰ hn̄t pōem ī ꝯtinuo patꝫ in textu.

Queſtio tercia.

Utrū pma ꝓprietas q̄ntitatis ſit a pho ꝯuenienter aſſignata. ꝑ cꝰſolutōe ¶ Attēde de primo ea que dicta ſunt de contrarietate in p̄cedentibus ¶ Attende ſecūdo. ꝙ magnū ⁊ puum multū ⁊ paucū poſſunt accipi dupl'r. vno mō abſolute ⁊ ſic ſunt in p̄dicamēto q̄ntitatis. Alio mō ꝑ reſpectū ad aliud. ⁊ ſic ſūt in p̄dicamēto relatōis. Nā numerꝰ eſt multitudo aggregata ex vnitatibꝫ. ſi aūt multitudo nō eēt q̄ntitas n̄ poſſet in abſtracto p̄dicari de nūero. ſil'r q̄nto metaphiſice diuidit̄ q̄ntitas in magnitudinē ⁊ multitudinēꝫ q̄ diuiſio nō valeret niſi m'ltitudo ⁊ magnitudo eēnt q̄ntitates Alio mō poſſunt accipi ꝑ cōpatoēm ad aliō ⁊ ſic ſunt relatōes. Et hoc idē dicūt alij ſub alijs verbis ꝙ magnitudo ⁊ multitudo pn̄t capi dupl'r. vno mō ꝑ fūdamētis exceſſus ⁊ ſic ſunt q̄ntitates. Alio mō ꝑ ipſis exceſſibꝫ ⁊ ſic ſunt relatōes. Et ſil'r magnū ⁊ puū multum ⁊ paucū poſſunt vno mō accipi vt ſunt denoīatia magnitudīs ⁊ multitudīs captarūꝫ. pmo mō ⁊ ſic non ſunt ad aliq̄d q̄ꝛ magnū idem ē ꝙ q̄ntitas magna ⁊ m'ltum ꝙ multa q̄ntitas. Alio mō vt ſunt denomiatiua magnitudinis ⁊ multitudinis captaꝝ ſecūdo mō ⁊ ſic ſunt relatiua ¶ Attende tercio. ꝙ locus pōt capi q̄ttuoꝛ modis. vno mō ꝑ corpe locāte ⁊ ſic ignis dicit̄ eē locus aeris ⁊ aer locus aque ⁊ ſic locus ē ſubſtantia. Secūdoº ſic accipit̄ ꝑ vltio corꝑis ꝯtinēt̄ꝭ. Tercio accipitur ꝑ reſpcū locātis ad locatū ⁊ ſic eſt vbi actiū. Quarto ꝑ ꝟtute cōſeruatiua locati et ſic ē q̄litas. Sed circa ꝯn̄as q̄s facit Areſto ¶ Attēde q̄rto. ꝙ in iſta ꝯn̄a q̄ Areſto. ſic arguit hoc ē magnū ad h̄ et puū ad h̄ ergo ē magnū et puū nō. ꝯmittit̄ ignorātia elenchi. Nā p̄dicamēta affirmatiā ſil'r ſumpta ſequunt̄ ex ipꝭ ſumptis cū detēminatōe nō diminuēte vt bn̄ ſeq̄t̄ h̄ eſt duplū ad a g̃ eſt duplūꝫ et h̄ eſt dimidiū ad b. g̃ eſt dimidiū ꝑ locuꝫ a pte in mō ad ſuū totū. Et ſequit̄ vltra g̃ eſt duplū et dimidiū ſed nō ſequit̄ g̃ eſt duplū et nō duplū. imo eſt ignorātia elenchi Sic ſil'r bn̄ ſequit̄. h̄ ē magnū ad a, ⁊ puūꝫ ad b. g̃ eſt magnūꝫ et puum. Sed nō ſequit̄ g̃ eſt magnū et nō magnum et ita eſt in oībꝫ alijs. in q̄bꝰ p̄dicamēta ꝯtrahunt̄ ꝑ additōem nō diminuētē. oēs em̄ tales inferūt affirmatiās ſꝫ n̄ infert negatiās ſine fallacia

Dic ergo breuiter ad queſtionē ꝙ m'ltū et paucum magnum et puūꝫ abſolute ſumpta nō ſunt ꝯ̄ria nec etiā relatiue ſumpta eo ꝙ ꝑ cōparatōem ad diuerſa pn̄t eidē ineē ſicut pꝫ ī textu. Locus āt ſurſuꝫ et deorſuꝫ q̄rto mō accepti ſunt ꝯ̄rij ſꝫ nō ſunt q̄ntitates ſꝫ q̄litates. Si āt accipiant̄ tribꝫ primis mōis n̄ ſt̄ ꝯ̄rij eo ꝙ ꝯditōes ꝯ̄rioꝝ eis deficiunt

Queſtio q̄rta.

vtꝝ oīs q̄ntitas a ſb̄a et q̄litate real'r diſtiguat̄. ꝑ cꝰſolutōe ¶ Attēde pmo. ꝙ d hac q̄ſtione ſunt atiq̄ diſcordia phoꝝ. Un̄ q̄dā dicunt pmo ꝙ vnitas nō ē aliq̄ foꝛa ſiue aliq̄ res real'r diſtincta a re vna q̄ð ꝓbāt ſic q̄ꝛ ſi vnitas q̄ ſortes d̄r vnꝰ ē aliq̄ foꝛa diſticta a ſorte v'l ipa ſic ē ī ſorte ꝙ ē tota ī toº ſorte et ps in pte. Nō pmoº q̄ꝛ tūc ſeq̄ret̄ pmo ꝙ q̄libꝫ ps ſortis eſſet vnꝰ hō cū illa vnitas denoīaret quālibꝫ ptem. Seq̄ret̄ ſcdo ꝙ aliq̄ foꝛa coꝛpea eēt idiſibil' et eēt ꝟm ſe totā in plibꝫ ſubiectis aut in plibꝫ ptibꝫ eiuſdem ſubiecti q̄ð ē ipoſſibile. Nō ſcdoº q̄ꝛ ſi eēt diſibil' aut eēt diſibil' in ptes eiuſdē rōis v'l diuerſaꝝ. Si pmū g̃ ſeq̄t̄ ꝙ ſi ipſa diderēt̄ tūc fierēt m'lti hoīes ⁊ ſic ſocrates poſſꝫ didi in m'ltos hoīes. Nō ſcdm q̄ꝛ tūc nō poſſent dari q̄lia entia eēnt ptes ille. Scdo dicūt ꝙ nūerꝰ n̄ ē aliq̄ res diſtincta real'r a rebꝫ nūeratis ſic ꝙ ſit vna foꝛa ꝑ ſe v'l vnū accidēs real'r diſtictū ab ill'. Probant pmo ſic. q̄ꝛ poſitis tribus q̄ntitatibus cōtinuis ſiue tribus ſubſtātijs coꝛporalibꝫ ⁊ oīni alio circūſcripto vere ponit̄ nūerꝰ reruꝫ g̃ ille nūerꝰ nō realit̄ diſtiguit̄ ab ipis. Probat̄ aūt añcedēs. pmo ſic, q̄ꝛ v'l ille tres res ſūt diſticte nūero v'l nō. ſi ſint tres res diſticte numero ibi erit nūerus ternarius ſi nō ſint diſtincte numero h̄ eſt ꝯtra ſenſum ⁊ expientiam. Nā tūc opteret ꝙ eſſet vna res nūero q̄ð eſt manifeſte falſum. Scdo ſic. nūq̄ ex aliq̄bꝫ reſultat aliq̄ forma abſoluta alt'iꝰ rōis niſi vnū illoꝝ ſit actꝰ ⁊ reliquū potētia. ſed vna vnitas nō ē poña reſpectu alt'iꝰ eo ꝙ oēs ſūt eiuſdē rōis g̃ ex ill' vnitatibꝫ nō reſultat forma abſoluta altius rōis ab ipis. ⁊ tn̄ ſi nūerꝰ ſit res diſtincta a rebꝫ nūeratis tūc ē alteriꝰ rōis ab vnitatibꝫ. q̄ꝛ al's vna vnitas eēt q̄ntitas diſcreta ſicut vnꝰ nūerus g̃. Tercio ſic. nō videt̄ eē maior rō q̄re aliq̄ duo eiuſdē rōis loco ⁊ ſitu diſtātia poſſint facere ꝑ ſe vnū q̄ alia duo eiuſdē rōnis. Sed duo hoīes deſtincti loco ⁊ ſitu ſunt eiuſdē rōnis ⁊ nō pn̄t facere vnū. g̃ nec due vnitates. Cōfirmat̄ q̄ꝛ q̄ñ aliq̄ vnitates ita eēntial'r diſtigūūt̄ ſic alie tūc ſi aliq̄ nō faciant aliquā vnā rem nec etiā alie ſed vnitates duoruꝫ continuoꝛum ita diſtinguuntur inter ſe ſicut vnitates duoꝛum angeloꝛum. vnitates autem duoꝛum angeloꝛum non faciunt vnā rem ab eis realiter diſtinctā g̃ nec vnitates duoꝛum continuoꝛum. Quarto ſic. ſi numerus eſſet vna res diſtincta a rebus numeratis ſequeretur ꝙ numerus ternarius eſſet numerus quaternarius ⁊ in quolibet numero eſſent īfiniti numeri. Tercio ꝙ poſitis duobus entibus neceſſario ponerētur mille milia. Quarto ꝙ deus non poſſit producere vnā entitatem quin produceret infinitas realiter diſtictas ſed iſta ſunt falſa ⁊ impoſſibilia ergo ¶ Iſte tamen conſequētie probantur ſic. quia ſi producatur numerus ternarius ibi erunt tres res realiter diſtincte ⁊ entitas numeri erit quarta ⁊ per conſequens erit numerus quaternarius. Et ſi ponatur vna res cuius vnitas ſit diſticta ab illa re tunc erunt due res realiter diſtincte ⁊ non poſſunt eſſe due quin ſit numerus binarius. Et ſi numerus binarius ſit res diſtincta a rebus numeratis. tunc ſunt tres res realiter diſticte. ⁊ per conſequens eſt numerus ternarius ⁊ ſic in infinitum. Tercio dicunt ꝙ in continuis non ſunt ponenda puncta. que ſint res indiuiſibiles diſtincte a linea nec linee idiuiſibiles diſtincte a ſuperficie. Nec ſuperficies indiuiſibiles diſtincte a coꝛpoꝛe immo puncta ⁊ linee et ſupficies nullo modo ſunt indiuiſibiles. Probant primo ſic. quia ſi puncta in linea eſſent res indiuiſibiles ſequerentur duo contradictoꝛia. ſcꝫ ꝙ puncta eſſent ſibijnuicem proxima et non eſſent ſibijnuicem proxima. Prima pars conſequētie patet. quia vbiq̄ in linea eſſet punctus. ſed vna linea eſt alteri propiqua et puncto extremo alicuiꝰ linee eſt alia linea propinqua. ergo punctum erit propinquū puncto. Secunda pars patet. quia ſi puncta eſſent ſibijnuicē ꝓxīa v'l eēnt extra ſe inuicē. v'l intra ſe. non pōt dici ſcdm. q̄ꝛ tunc eſſent indiſtincta ꝟm ſubſtantiam ⁊ fruſtra ponerentur. quia mille ſic exiſtentia non plus.

faceret ꝙ vnū ſolū. Nō etiā ſcđm q: tūc vnū punctum
tangeret alteꝝ. vel ꝙ ps vnius tāgeret ptem alteri⁹. vel
ps vni⁹ tāgeret totū alteri⁹. ⁊ ſic pūctum eſſet res diuiſi-
bilis vl' totū tāgeret totū ⁊ ſic ipſa eēnt indiſticta ſm ſi
tū. ⁊ eodē mō poſſet argui de linea ⁊ ſupficie. Secūdo
ſic q: vel eēt ſubſtātia ⁊ ſic nō q: nulla ſubſtātia ē indiſi
bilis niſi ſubſtātia intellectual'. vl' eēt accñs. et ſic nō q:
om̄e accñs habet aliqđ ſubiectū pmū et adeq̄tū ſibi vl'
ergo ſubiectū pūcti eēt accñs et tūc q̄reret ſicut pus et
eſſet pceſſus in īfinitū. vl' eēt ſubā et ſic eēt indiſibil' et ꝑ
ꝯñs incorpea et ſic ſicut ponūt īfinita pūcta ī linea ſic o
porteret ponere īfinitas lineas et ſic īfinitas ſubſtātias
indiſibiles et icorpeas. Tercio ſic ſi linea eēt res indiſibi
lis cōtinēs duas ſupficies tūc diuidat ſupficies q̄ diſa
q̄rit vtꝝ ibi ſit linea noua aut ſit ibi ſola pori linea. ſi eſt
linea noua tūc in diſione cuiuſcūꝙ corpis gñabunt in
finite linee noue q: diuidūt infinite ſupficies Si linea
pori maneat tūc cū illa nō magis maneat cū vna ſupfi-
cie ꝙ cū alia ſeq̄t ꝙ nec remanet vl' remanebit ꝑ ſe ſub-
ſiſtēs vl' remanebit ī diſtictis locis et ſubiectis qđ ē im
poſſibile. ¶ Cōfirmat q: ſi diuidat aliqua linea vl' ali
quod ꝯtinuū q̄ro vtꝝ pūcta que termiabunt illas ptes
pfuerint aut nō. ſi nō ergo ꝑ ſolā diſionem cāte ſunt no
ue entitates. ſi ſic ſeq̄t ꝙ cū illa pus non diſtaret ſitu et
ſubiecto pūctus erit immediat⁹ pūcto. Eodē mō poſſꝫ
argui ex pte vnionis q: ꝑ ſolā vnionem ptiū alicui⁹ cō-
tinui vtputa aq̄ nō generat aliq̄ noua res abſoluta nec
etiā corrūpit. ſed ſi pūctus eēt entitas poſitiua idiſibi-
lis tūc ꝑ ſolā vnionē generant et īfinite res et īfinite cor
rūperent ſcꝫ infinita pūcta. ꝙ. Quarto ſic oēm rem ab-
ſolutā diſtinctā ſm ſe totā ab alia poteſt de⁹ pducere ſi
ne alia. ꝙ ſi puncta ſint res īdiuiſibiles real'r a ſe iuicem
diſtincte et a corpibus ſeq̄t pmo ꝙ de⁹ poſſet facere oīa
pūcta q̄ ſunt in linea eſſe actu ſepata Scđo ſeq̄ret ꝙ de
us poſſꝫ pducere lineā ſine pūctis ipaꝫ tminātib⁹ Et nc̄
q̄rit vtꝝ ſit finita vl' īfinita. nō īfinita q: ipa nō ē maior
ꝙ ſi haberet pūcta tminātia. nec finita q: tūc eēt termi
nata ſine pūctis. et ꝑ ꝯñs nō oporteret ponere pūcta ad t-
minādum eā. Seq̄ret tercio ꝙ de⁹ poſſet facere lineā
eē nō ꝯtinuā q: ſe deſtruat oīa pūcta terminātia lineā
vl' ꝙ ipa erit adhuc ꝯtinua vl' nō. ſi nō habet intentū. ſi
ſic. ꝙ ad ꝯtinuandū eā nō oꝫ ponere pūctū. Seq̄ret q̄r-
to ꝙ deus poſſet facere lineā diuiſam in oēs ſuas ptes
eadem de cā. ¶ Quarta ꝓpō eſt. ꝙ corpeitas tps loc⁹
et oratio nō ſunt res diſtincte a ſubſtātia et q̄litate Prꝫ
pmo ſic. q: q̄titas corpea nihil aliđ ē ꝙ res hñs pteꝫ ex
tra ptem q̄libet aūt ſubſtātia de ſe habet ptem extra p-
tē. Et ſil'r aliq̄ qualitates ſine aliquo habito habēt ꝑ
tem extra ptē ꝙ nō opꝫ eis ſupaddere q̄titatē realiter
ab ipis diſtictā. Scđo ſic qñ aliq̄ ſubſtātia corpea cō-
denſat. vl' amittit aliq̄ ps vl' nulla. ſi nulla ps q̄titatꝫ
amittat ꝙ in cōdenſatione q̄ ē mot⁹ ad q̄titatē nō opꝫ
ponere aliquā rem diſtictā a ſubſtātia. et ꝑ ꝯñs cor-
poreitas nō diſtinguit ab ea Si aūt aliq̄ pars q̄titatis
amittat vl' ergo pars ſubſtātie que pdit illam q̄titateꝫ
manet ſine omni q̄titate. ⁊ h̄ eſt ꝯtra expientiā. vel ad
huc habet ptem q̄titatis ⁊ tūc q̄rit de illa vtꝝ ſit no-
ua vl' vtꝝ fuit pexñs. Nō poteſt dici ꝙ ſit noua q: cum
nō ſit maior rō q̄re acq̄rat noua q̄titas in vna pte ꝙ in
alia. ſequit ꝙ oēs ptes habebūt nouā q̄titatē ⁊ ſic nul
la q̄titas q̄ ibi erat remanebit Nec poteſt dici ꝙ periſte
bat q: tūc accñs migraret de ſubiecto in ſubiectū. Ter-
cio ſic. omnem rem abſolutā poſteriorē alia ⁊ ab ea rea
liter diſtinctā pōt deus deſtruere remanēte priori ⁊ ipſa
nō mutata local'r ꝙ ſequit ꝙ de⁹ poterit deſtruere q̄tita
tem ſubſtantie corpee. ipa remanēte ⁊ nō mutata local'r
Et tūc q̄rit vtꝝ ſit in loco vl' nō. ſi nō ergo ē mutata lo
cal'r. ſi ſic ergo ipa eſt corpea eo ꝙ omne qđ eſt in loco ē
corporeū. Quarto quia ſeq̄ret ꝙ ſubſtātie corpee poſ-
ſent fieri īdiuiſibiles ſicut angeli ⁊ ꝑ ꝯñs eſſent vere ſb-
ſtantie ſpirituales ipis oīno ſm ſuā ſubſtantiam rema
nentib⁹ ſed hoc eſt falſum. ꝙ. Patꝫ ꝯña. ſi auferat q̄nti
tas a ſubā corporea. ſed de tpe ⁊ loco pbabit in q̄rto phi
ſicoꝝ. Ex iſtis patet ꝙ nō ſunt ponēda pūcta indiuiſi
bilia aut linee aut ſupficies q̄ ſunt entia realia diſtinc-
ta ſed ſolū ſunt ponēda ſm imaginatōem. Patet etiāꝫ
ꝙ ſi aliq̄d eſt pūctum ipm eſt linea ⁊ ſi eſt aliq̄ linea ip
ſa eſt ſupficies. ⁊ ſi ē aliq̄ ſupficies ipa eſt corp⁹. ⁊ ſic ſi ē
aliqđ pūctū ipm ē corp⁹. Ab ill' aūt diſcordat Buri-
dan⁹ in h̄ ꝙ ponit q̄titates ꝯtinuas real'r a ſubā ⁊ q̄li-
tate diſtigui. nulla tñ ponēdo īdiſibilia ſicut ē pūctus
immo qđlibꝫ illoꝝ ē diſibile queadmodū corp⁹. Sed
nūer⁹ ſm eū nō diſtiguit a reb⁹ nūeratis immo ē real'r ipe
res nūerate ¶ Attēde ſcđo. ꝙ mod⁹ dicēdi alioꝝ phi-
loſophoꝝ ſil'r ſtat in q̄ttuor ꝓpōnib⁹. Pria eſt in reb⁹ ꝯ
tinuis ē aliq̄d hñs latitudinē indiſibile ſm pfūditatē
ſcꝫ ſupficies. ⁊ aliq̄d hñs lōgitudinē indiſibilē ſm lati
tudinē ſcꝫ linea ⁊ aliq̄d oīno indiſibile ſcꝫ pūct⁹ Hec ꝓ
poſitio pbat q̄ttuor autoritatib⁹ ⁊ q̄ttuor rōib⁹. prima
autoritas ē euclidis ſic diffinietis pūctū. Pūct⁹ ē cui⁹
ps nō ē ꝙ pūct⁹ ē oīno indiſibil'. Scđa autoritas ē phi
q̄nto meta. dicētis qđ oīno indiſibile ſm q̄titatē hñs
poſitōeꝫ dr̄ pūctū Sil'r ī pmo celi dicit ꝙ corp⁹ ē tripli
cit' diſibile. ſupficies āt dupl'r ſolū ⁊ linea tm̄ vno. ſil'r
q̄rto phicoꝝ negat locū eē corp⁹ ⁊ ꝯcedit ipꝫ eē ſupficiē
ſupficies ꝙ n̄ ē corp⁹. Tercia autoritas ē mathēaticoꝝ
q̄ deſcribūt lineā dicēdo ꝙ ē lōgitudo ſine latitudīe et
pfūditate ⁊ ſupficiē q̄ ē latitudo cū lōgitudīe ⁊ ſine p-
fūditate Quarta ē auto. Boetij dicētis in ꝯmēto pūc
tū eē q̄ddā puiſſimū qđ ī ptes diuidi ſecari ꝙ nō poſſit ⁊
ſtatī poſt ill'aꝙ res ſuis tmīs ꝯſtat ꝙ circa pūctū linee
nō erit ps ſꝫ cōis tmin⁹ ptiū. Et h̄ pꝫ maīfeſte ꝓpoſitū
ſcꝫ ꝙ pūct⁹ nō ē diſibil' ſicut corp⁹. neꝙ ē ps corpis qđ
tñ aliꝗ pterue ſuſtinēt. Pria rō. oīs tmin⁹ vltim⁹ ē īdiſi
bil' ea pte q̄ tmīat. ſꝫ pfūditas ſiue corpeitas hꝫ tminū
vltimū alit' eēt īfinita. Et certū ē ꝙ tmin⁹ pfūditatis
hꝫ latitudinē ꝙ in reb⁹ ē aliq̄d hñs latitudinē ſine pfun
ditate. Maior patꝫ. q: ſi vltius tmin⁹ ex ea pte q̄ tmīat
eē diſibil' cū om̄e diſibile hēat tminū ſeq̄ret ꝙ vltimus
tmin⁹ hret tminū vlteriorē ⁊ ſic nō eēt vltim⁹. Et ſi dica
tur ꝙ nihil īdiſibile ē vltim⁹ tmin⁹. ſed q̄libꝫ ps vltra
quā n̄ pcedit corp⁹ ē vlti⁹ tmin⁹ corpis Cōtra poſito ca
ſu ꝙ mobile moueat ſup aliꝙ magnitudīeꝫ corpeaꝫ q̄
diuidat ī duas ptes īeq̄les ⁊ q̄libꝫ illaꝝ ptiū ē vlti⁹ tmi⁹
⁊ extremū magnitudis date. ⁊ tūc ſeq̄t ꝙ mobile p⁹ pue
niret ad extre⁹ magnitudis ꝙ ad mediū qđ ē abſurdū
Tꝫ ꝯña. q: mobile ptrāſita miori pte iā pueīt ad ſecū
dā ptē ⁊ nō puenit ad me⁹ magnitudis date. Scđo ſic
ill' ſm qđ ſpera tāgit planū ē aliq̄d ī re. ſꝫ ſpera tāgit
planū ſꝫ pūctū oīno īdiſibile. ꝙ Maior ē demrāta ī geo
metria ⁊ facil'r poſſꝫ pbari. q: illa ſꝫ q̄ aliq̄ ſe tāgūt ſtāt
ſimul adeq̄te ⁊ ꝑ ꝯñs ſunt eiuſdem figure. ꝙ ſi ſpera
tāgeret planum ſm aliquid diuiſibile. tunc diuiſibi-
lia ſpere et plani que ſe tangunt eſſent eiuſdem figure

et per ꝯſequens aliquid eſſet ſimul figure plane ⁊ cir/ cularis. ¶ Tercio ſic. illud qđ eſt centrū circuli eſt ali/ quid in re ſed punctꝰ omnino indiuiſibilꝭ eſt centrū cir/ culi ergo. ¶ Minor patet. qꝛ vel punctꝰ indiſibilꝭ eſt cētrum circuli vel aliꝰ puus circulꝰ. ſi pmū habeꝭ intentū. ſi ſecū dū querit de centro illiꝰ pui circuli. aut eīm eſt ſimplici ter indiſibile. ⁊ ſic habeꝭ ꝓpoſitū. aut ē diuiſibile ſic ſcȝ ꝙ eſt alius circulꝰ adhuc minor ⁊ tūc iterū qrit de ſuo centro ⁊ ꝓcedit in infinitum. ſed hoc eſt impoſſibile. qa tūc nūq̄ poſſȝ ſciri đ aliq̄ pūcto ꝙ eēt cētꝝ circuli ⁊ ꝑ cō ſequēs nō poſſumꝰ certificari ꝙ in aliq̄ figura linee duc te a cētro ad circūferentiā ſunt eq̄les. ⁊ ita nunq̄ ſcire mus certitudialiter ꝙ aliqđ ſit circulus vel circularis figure. ¶ Quarto ſic ſm phm ſexto phicorum continua ſunt quorū vltima ſunt vnū ſed nō ſunt vnū diuiſibile qꝛ tūc nō eſſent ꝯtinua eo inter ea mediaret aliqđ diui ſibile ergo ſunt vnū indiuiſibile ⁊ nō aliud q̄ pūctum li/ nea aūt ſupficies ergo. ¶ Confirmatur. qꝛ aliqua corpa pn̄t ſe tangere eo ꝙ al's infra q̄cūq; corpora eſſet vacuū ſȝ nō poſſunt ſe tangere ſm ꝓfunditatē eo ꝙ al's eſſet pe/ netratio dimēſionū ergo illđ ſm quod ſe tāgunt carȝ ꝓ funditate. ¶ Ad rōes aūt ꝓbantes ptem oppoſitam. dicendū eſt. ad pmā dicit negando cōſequētiā ⁊ cōcedi tur ꝙ ſi puncta ſint ſibiīuicē ꝓxima tūc ſunt ſimul ſitua liter nec ex hoc ſeqtur ꝙ nō diſtinguanꝭ ſm ſubſtātiā q̄uis nō diſtinguanꝭ ſm ſitū. ¶ Cōcedit etiā ꝙ mille ſic exiſtentia nō eſſent aliqđ maius q̄ vnū qꝛ nō facerēt ali quod ꝯtinuum tamē eēnt plura entitatiue ⁊ eſſent plēs entitates realiter diſtincte. Nec ex hoc ſeqtur ꝙ ſint fru ſtra qꝛ nō ponunꝭ vt ex eis reſultet aliqđ maius ſiue ali qđ cōtinuū. Sicut ſi ponerenꝭ plures āgeli in eodē lo/ co illi nō eſſent loco diſtincti nec facerēt aliquod maiꝰ q̄ vnus. nō tamē ex hoc ſequit aliqd eſſe fruſtra aut ꝙ nō diſtinguerenꝭ ſm ſubſtantiā. ¶ Ad ſcđam dicit ꝙ illa ꝓpoſitio eſt falſa om̄e accñs habet ſubiectū ſibi ad/ equatū. Nā accñs quod eſt terminus alteriꝰ corporis non habet ſubiectū adequatū eſt eīm in eodē in quo eſt accidens cuius eſt terminus ⁊ ideo cū non ſit adequa/ tum accidēti nec etiam ſubiecto. ¶ Ad terciam dicit ꝙ q̄uis ſit īpoſſibile ꝙ ſint diſtincte res actu ſeparate et ſeorſum exiſtens res tamē nō eſt ipoſſibile ꝙ ſint in finite actualitate preſentie non tamē actu ſepate ſed in exiſtentes alteri cuiuſmodi ſunt pūcta terminantia vel continuantia lineam. Unde ſi illud argumentum ali quid concluderet maxime concluderet contra aduer/ ſarios iſtius opinionis ꝙ partes continui non ſunt ali que res qꝛ ſm eos in quolibet cōtinuo ſunt infinite par tes. ¶ Ad confirmatōem dicendum ꝙ per diuiſionē continui generanꝭ noui termini ⁊ per vnionem corrum punꝭ. nec eſt incōueniēs ꝑ vnionem ⁊ diuiſionem gene/ rari ⁊ corrumpi infinita puncta ⁊ infinitas lineas ī po tentia. immo eſt neceſſarium. ¶ Ad quartam dicit cō cedendo ꝙ quantitas eſt finita vel infinita per ſe hoc eſt ſine omni extrinſeco alterius generis. non tamen ſic ꝙ non per aliquod intrinſecum eiuſdem generis. Et dicit vltra ꝙ deus non poteſt facere lineam ſine punc/ to eo ꝙ hoc videꝭ implicare ꝯdictionem. Nam diffi/ nitum non poteſt eſſe ſine eo quod eſt de diffinitione eꝰ. Puncta aūt ſunt de diffinitione linee ſicut habeꝭ pmo poſteriorum. ⁊ ideo deus nō poteſt facere punctum ſi ne continuo. neq; continuum ſine puncto. ⁊ per conſe/ quens omnia puncta non poſſunt eſſe ſeparata. Unde

